Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



diate plequentibus nos: benedicite et nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus: flete cum flentibus. Id ipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes sed humilibus consentientes. Sed

Sillo t: Nupcie facte sunt in chana galylee. John. et erat mater ihu ibi. Vocatus est autem et ihs. et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente uino. dicit mater ihu ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei ihs. Quid mihi et tibi est mulier? Non dum uenit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcumque dixerit uobis facite. Erant autem ibi lapidee ydrie posite secundum purificationem iudeorum capientes singule metretas binas uel ternas. Dicit eis ihs. Impplete ydrias aqua. Et impleuerunt eas usque ad summum. Et dicit eis ihs. Haurite nunc et ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustauit architriclinus aquam uinum factam et non sciebat unde esset. Ministri autem sciebant qui hauserant aquam: uocat sponsum architriclinus et dicit ei. Omnis homo primum bonum uinum ponit. et cum inebriati fuerint. tunc id quod deterius est. tu autem seruasti uinum bonum usque adhuc. Hoc fecit initium signorum ihs in chana galylee. et manifestauit gloriam suam. Et crediderunt in eum discipuli eius. Dnica

Ros: Nolite esse prudentes. ij. ad Rom.

apud uos metipsos: nulli malum pro malo reddentes. prudentes bona non tantum coram deo. Sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest quod ex uobis est cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uos metipsos defendentes karissimi: sed date locum ire. Scriptum est enim. Mihi uindicatio ego retribuam: dicit dns. Si esurierit inimicus tuus: ciba illum. Si sitit potum da illi